



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. XVI. Ad cap. unicum x. de obligatis ad ratiocinia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

prii honoris periculum & communionis subire. *can. 12. b.* Sed videtur istud Gelasii in observantiam nunquam satis adoleuisse. Hinc in concilio Aurelianensi I. statutum , ut Clerico in officio permanente, æstimationem servi in duplum præstaret domino Episcopus. *can. 19. b.* Quo procul dubio respexit Innocentius. Servus autem, quo minus liber maneat, ut affirmat Innocentius, obstat *c. 2. d. dist. 54.* ubi dicitur, gradu eum excidere, ejusque conditionis fieri, cuius fuerat antea. Hæc ut concilientur, & veritas constet dicto ab Innocentio, distinguunt quidam inter Clericos simplices & Sacerdotes vel Diaconos. Hos enim non retrahi ad servitutem, sed manere in ordine. *c. 9.* At Clericos simplices vel redi dominis. *can. 9. & 10.* vel si Clerici maneant, aliud onus eis imponi debere. v. g. si fuerint adscriptitii, ut agriculturam continuent. *can. 20.*

## C A P. XVI.

## Ad cap. unicum x. de obligatis ad ratiocinia.

## S U M M A R I A.

- |                                 |                         |
|---------------------------------|-------------------------|
| 1. Unde capitulum peitum.       | 4. Variae lectiones.    |
| 2. Ubi exstet alibi.            | 5. Causa prohibitionis. |
| 3. Magnus, Episcopus, non Augu- | 6. Emendatio textus.    |
| stinus : Sed Astiagensis.       |                         |

**D**Esumtum est hoc capitulum ex concilio Carthaginensi primo, capite octavo. Licet caput nonum legatur apud Burchardum lib. 2. c. 36. Et ab Ivone parte 6. c. 137. Hoc *Ubi exstet* capitulum exstat etiam apud Gratianum, & est tertium *Capitul. una de peitum.* *præterea.* *distinct. 54.* ibi in veteribus editionibus ante Gregorium XIII. legebatur: *Ex concilio Maguntinensi,* ut notat Ant. Augustinus, & ex eo emendatores Gregoriani. Emendatum vero ex Gratiano, Burchardo, Ivone, & compilatione primâ.

Porro in textu dicitur: Magnus, Episcopus August. MSCtum *Magnus,* Salanum unum habet, Mannus ; Sed rectè, Magnus, nomen Episcopi proprium. Liber Barcinonensis legit; *Magnus Episcopus*

D 2

Au-

*Non Augu-  
stinus.*

Augustinus, quasi de Aurelio Augustino, Episcopo Hipponeensi sermo sit. Perperam. Sunt enim hæc Augustino antiquiora, ut rectè Antonius Augustinus, ad tempora Constantii post concilium Sardicense pertinentia. Pro Augustensis, Gratianus habet, Astiagensis, secutus Burchardum atque Ivonem. Rectè, uti habet & liber conciliorum. Sententiam hujus capituli confirmat can. 33. Fulgentii Ferrandi; Ut Clerici, apothecarii, vel ratiocinatores non ordinentur. Nempe propter præscriptionem fori, ne causam cogantur dicere coram judice seculari. In primis si in administratione commisissent fraudem, unde futurum, ut Ecclesia infamaretur. Quæ ratio redditur in textu hic. Et perperam antea legebatur: Ecclesia infirmatur, vel ab Ecclesiâ infirmentur.

*Sed Astia-  
gensis.*

*Causa pro-  
hibitionis.*

*Emendatio  
sextus.*

## C A P. XVII.

### Ad tit. De corpore vitiatis ordinandis vel non.

Ad capitul. I. & 2.

S U M M A R I A.

- |  |                             |
|--|-----------------------------|
| 1. Inscriptio suppletur.                             | 4. Ad quem directum.        |
| 2. Salernum urbs, qua corpus S.<br>Matthæi servatur. | 5. Emendatur lectio.        |
| 3. Capit. 2. b. t. est itidem Ale-<br>xandri.        | 6. Ant. Augustinus notatur. |

*Inscriptio  
suppletur.  
Salernum,  
urbs, qua  
corpus S.  
Matthæi  
servatur.*

**C**apitulum primum est Alexandri III. Ad quem directum fuerit non additur. Supplendum itaque est ex eâ collectione, quæ est post concilium Lateranense parte 26. c. 4. s. 6. nempe, Salernitano Archiepiscopo. Salernum, urbs maritima regni Neapolitani, & Academia vetus, gaudetque titulo Principatus. Ibi & corpus S. Matthæi apostoli assertari creditur. Additur in primâ compilatione: Pars cap. Licet pr. Id est; Licet præter solitum, ut constat ex c. 3. x. de Judic. &c. 7. de homicidio, uti habetur in d. parte 26. post concilium Lateranense.

Cap.